UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 134. Richardus Hall hoc anno defunctus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67204

Visual Library

Sæc. XVII. A. C. 1604.

quos Tilemannus Heſhuſius & Joannes Olearius Pontificiis vaniſſime hactenus attribuerunt. Exſtat etiam hujus Authoris liber *de noſtri temporis hæreticorum mille ſexcentis erroribus in ſola re Sacramentaria.*

§. CXXXIV.

Richardus Hall hoc anno defunctus.

His accenſeri meretur Richardus, qui in Anglia natus ob Catholicam Religionem, quam conſtanti animo tuebatur, urgente Eliſabethæ Reginæ edicto e patria ſua exulare coactus eſt; unde in Belgium confugiens, cum non modo in Philoſophicis ſed & Theologicis ſcientiis verſatiſſimus eſſet, Doctoratus honoribus augebatur, poſtea Canonicus ad S. Audomarum electus. Scripſit librum *de cauſſis tumultuum Belgicorum, & contra coalitionem multarum Religionum, quam liberam Religionem vocant:* Exſtat quoque illius tractatus *de quinquepartita conſcientia,* necnon alius *pro defenſione Regiæ, & Epiſcopalis auctoritatis contra rebelles, præter opuſculum de proprietate & veſtiario Monachorum, aliisque ad hoc vitium extirpandum neceſſariis.*

§. CXXXV.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN